



**Insignium theologorum Domini Martini Lutheri, domini Andree  
Barolostadij, Philippi melanthonis & aliorum conclusiones  
vari[a]e, pro diuinae gratiae defensione ac commendatione,  
contra scolasticos & pelagianos disputate in praecella  
Academia Wittenbergensi.**

<https://hdl.handle.net/1874/428929>



Domini Martini Lutheri Conclusiones.

- C De gratia & natura contra scholasticos & pelagianos.  
xvij De lege & fide  
xij De Christi incarnatione & humani generis reparacione.  
xv De utilitate philosophiae, ac librorum in studio theologico.  
ix De fide & circuncisione.  
vij De naturali potentia voluntatis hominis.  
xij De fide necessaria in sacramentorum perceptione  
Domini Andree Carolostadij conclusiones.  
Clj De natura lege & gratia contra scholasticos & usum communem.  
xxxij De tribulationis & predestinationis materia.  
xvj De diuinæ gratiæ cooperatione.  
Domini Philippi melantonis.  
xvij De fide & sacramentorum iustificatione.

Quorundam aliorum doctorum conclusiones.

- xij Pulchre conclusiones de impletione legis: non furtum facies, de testamentorum legatione & altarium aut missarum fundatione.  
x De promulgatione legis & eius causa  
vij De perfectione Christianæ vitæ & operibus supererogationis.  
iiij De peccatorum remissione.  
iiij De sacramentis nouæ legis.  
De diuini nominis imploratione.

Sequuntur centum conclusiones, de gratia & natura  
domini Martini Lutheri.

i Dicere quod Augustinus contra hereticos excessi-  
ue loquitur. Est dicere Augustinum, fere ubique  
mentitum.

ij Idem est pelagianis & omnibus hereticis tribue  
re occasionem triumphandi, immo victoriam.

ij Et idem Est omnium ecclesiasticorum doctorum  
autoritatem illusioni exponere.

ijj Veritas itaque est, quod homo arbor mala factus non  
potest nisi malum velle & facere.

v Falsitas est, quod appetitus liber, potest in utrumque  
oppositorum immo nec liber, sed captiuus est.

Contra communem.

vj Falsitas est, quod voluntas possit se conformare dicta  
mini recto naturaliter.

Contra Sco. Gab.

vij Sed necessario elicit actum disformem & malum  
sine gratia dei.

vijj Nec ideo sequitur, quod sit naturaliter mala, i.e.  
natura mali secundum Manicheos.

ix Est tamen naturaliter & ineuitabiliter mala & vi-  
tiata natura.

x Conceditur quod voluntas non est libera ad ten-  
dendum in quodlibet secundum rationem boni si-  
bi ostensum.

Contra Sco. Gab.

xj Nec est in potestate eius velle & nolle quodlibet  
ostensum.

xij Nec sic dicere est contra G. August. dicentem.

A ij.

- xij nihil est ita in p̄tāte volūtatis sicut īp̄a voluntas,  
Absurdissima est consequentia, homo errās pos-  
test diligere creaturā super omnia, ergo & dēū.  
Contra scola Gab.
- xiiij Nec est mirum q̄ potest se conformare dictamini  
erroneo & non recto
- xv Immo hoc ei propriū est, vt tantummodo erro-  
neō sese conformet & non recto.
- xvi Illa potius est consequentia, homo errans potest  
diligere creaturā, ergo impossibile ē vt diligat dēū.
- xvii Nō potest homo naturaliter velle deum esse dēū
- xviii Immo vellet se eē dēū, & deum non esse deum
- xix Diligere deum super omnia naturaliter, Est ter-  
minus fictus sicut chymera. Cō.cō.fere.
- xx Nec valet ratio Scoti de fortī politico répub. pl̄  
q̄ seipsum diligente.
- xxi Actus amicitiae, non est naturae, sed gratiae preue-  
nientis. Contra Gab.
- xxii Nō ē in natura nisi actus cōcupiscentiæ erga dēū.
- xxiii Omnis actus concupiscentiæ erga deum est ma-  
lus, & forniciatio sp̄iritus.
- xxiv Nec est verum q̄ actus concupiscentiæ possit or-  
dinari per virtutem spei. Contra Gab.
- xxv Quia spes non est contra charitatem, quæ solum  
quæ dei sunt querit & cupit
- i Spes non venit ex meritis sed ex passionibus me-  
rita destruentibus. Contra usum multorum
- ij Actus amicitiae non est perfectissimus modus fa-  
cien dī q̄ est inse.
- ij Nec est dispositio perfectissima ad gratiam dei,

- aut modus conuertendi & appropinquandi ad deū.  
iiij Sed est actus iam perfecte conuersionis, tempore & natura posterior gratia.
- v Illae authoritates. Conuertim⁹ ad me, & conuerter⁹ ad vos. Item appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Itē. Querite & inuenietis. Itē si q̄s fierit⁹ me, inueniar a vobis, & ijs similes. Si dicant q̄ vnum naturæ, alterum gratiæ sit. Nihil aliud q̄ quod pelagiani dixerunt afferitur
- vi Optima & infallibilis ad gratiā preparatio & vni ca dispositio, est eterna dei electio & p̄destinatio
- vii Ex parte autem hominis, nisi indispositio, immo rebellio gratiæ gratiam precedit.
- viii Vanissimo commento dicitur, predestinatus potest damnari in sensu diuisio, sed non in compagno. Contra Scholasticos.
- ix Nihil quoq; efficitur, per illud dictum, predestinationis est necessaria ne cessitate consequentia, Sed non consequentis.
- x Falsum & illudest, quod facere quod est in se, sit remouere obstacula gratiæ. Contra quos dā
- xj Breuiter. Nec rectum dictam⁹ habet natura nec bonam voluntatem.
- xij Non est verum q̄ ignoratiæ inuincibilis a toto excusat. Contra omnes scholast.
- xiiij Q uia ignorantiae dei & sui & boni operis, est naturæ semper inuincibilis.
- xvii Natura etiam in opere specie tenus & foris bono intus necessario gloriatur & superbit.
- xv Nlla ē virt⁹ moralis sine vñl supbia vñl tristitia. i. pctō

- xvj Non sumus domini actuum nostrorum a princi-  
pio usq; ad finem.  
Sed serui. Cō.philosophos
- xvij Non efficimur iusti iusta operando, sed iusti fa-  
cti operamur iusta. Contra philosophos
- xvij Tota fere Aristotelis ethica, pessima & gratia  
inimica Contra Scohlast.
- xix Error est, Aristotelis sententiā de foelicitate, nō  
repugnare doctrinæ catholicæ. Contra Morales
- xx Error est dicere, sine Aristotele non fit theolo-  
gus Contra dictum commune
- xxj Immo theologus non fit, nisi id fiat sine Aristo.
- xxij Theologus non logicus est mōstrosus hæreticus  
& monstrosa & heretica oratio. Cō.dict.cōc
- xxij Frustra fingitur Logica Fidei, Suppositio media  
ta, extraterminum, & numerum Cōtra re-  
centem Dyalecticam.
- xxij Nulla forma Syllogistica tenet in terminis diu-  
nis Contra Cardinales
- xxv Non tamen ideo sequitus, veritatem articuli tri-  
nitatis repugnare formis syllogisticis Cont.  
eosdem Card.Ca.
- j Si forma syllogistica tenet in diuinis, Articulus  
trinitatis erit scitus & non creditus.
- iiij Breuiter Totus Aritoteles, ad theologiam est te-  
nebre ad lucem Contra scolast.
- iiij Dubium est vehemens, an sententia aristotelis sit  
apud latinos
- iiij Bonum erat ecclesiæ si theologis natus non fu-  
set Porphirius cum suis vniuersalibus

- v Visitatores diffinitioes ari. videt petere principiu  
vj Ad actum meritorium, satis est coexistentia græ  
aut coexistentia nihil est. Con.Ga.  
vij Gratia dei nunq; sic coexistit vt ociosa. Sed est vi  
uus,mobilis,& operosus spiritus.  
vij Nec per dei absoluam potentiam fieri potest, vt  
actus amicitiae sit, & Gratia Dei presens non  
sit. Contra Gab.  
ix Non potest deus acceptare hominem sine gratia  
dei iustificante. Contra occā  
x Periculosa est haec oratio. lex precepit, quod act⁹  
precepti fiat in gratia dei Con.Car.& Gab  
xi Sequitur ex ea, q̄ gratiam dei habere, sit iam no  
ua vltra legem exactio.  
xii Ex eadē sequit̄ q̄ actus precepti possit fieri sine  
gratia dei.  
xiii Itē sequit̄ q̄ ociosior fiat grā dei q̄ fuit lex ipsa  
xiiii Nō sequit̄, lex d̄ seruari & ipleri i grā dei. cō.G  
xv Ergo assidue peccat, qui extra Gratiam Dei est,  
Non occidendo, non mechando, non furando. &c.  
xvi Sed sequitur, peccat nō spūaliter legē implendo  
xvii Spiritualiter, non occidit, non mechatur, non fu  
ratur, qui nec irascitur nec concupiscit.  
xviii Extra gratiam dei adeo impossibile est, non irasci  
non concupisci, vt nec in gratia satis id fieri possit  
ad legis perfectionem.  
xix Hypocritarum est iusticia opere & foris non oc  
cidere, non mechari. &c  
xx Gratia est nec concupiscere nec irasci.  
xxi Impossibile est itaq; legē impleri sine gratia Dei

vlo modo.

- xxij Quin etiam magis destruitur per naturam sine gratia dei.
- xxij Lex bona necessario fit mala voluntati naturali.
- xxvij Lex & voluntas sunt aduersarij duo, sine gratia dei implacabiles.
- xxv Quod lex vult, semper voluntas non vult, nisi timore vel amore simul & se velle.
- i Lex est exactor voluntatis, qui non superatur nisi per parvulum qui natus est nobis.
- ij Lex facit abundare peccatum quia irritat & retrahit voluntatem a seipso.
- ij Gratia autem dei facit abundare iusticiam per Ihesum christum, quia facit placere legem.
- iiij Omne opus legis sine gratia dei, foris apparet bonum, sed intus est peccatum.

Contra Scöh.

- v Semper auersa voluntas, & conuersa manus sunt in lege domini, sine gratia dei.
- vj Conuersa voluntas ad legem sine gratia dei est affectu commodi sui talis.
- vij Maledicti sunt omnes, qui operantur opera legis.
- vij Benedicti sunt omnes, qui operantur opera gratiae dei.
- ix Cap. falsas depe, dif. v. confirmat opera extra gratiam non esse bona, si non false intelligatur.
- x Non tantum ceremonialia sunt lex non bona & præcepta in quibus non vivit.
- Cōtra mul. docto.
- xj Sed & ipse decalogus & quicquid doceri, dictariq;

- intus & foris potest.
- xij Lex bona & in qua vivitur, charitas dei e spiritu sancto diffusa in cordibus nostris.
- xij Voluntas cuiuslibet mallet ( si fieri posset ) esse nullam legem & se omnino liberam.
- xiiij Voluntas cuiuslibet odit sibi legē poni, aut amores sui cupit poni.
- xv Cum lex sit bona: non potest voluntas eius inimica, esse bona.
- xvj Et ex illo clare patet, quod omnis voluntas naturalis est iniqua & mala.
- xvij Necessaria est mediatrix gratia, quae consiliet legem voluntati.
- xvij Gratia dei datur ad dirigendum voluntatem, ne erret etiam in amando deum. Contra Gab,
- xix Nec datur, ut frequentius & facilius eliciatur actus. Sed quia sine ea non elicetur actus amoris.  
Contra Gab.
- xx Insolubile est argumentum superfluam esse charitatem, si homo naturaliter pot in actu amicitie.  
Contra Gab.
- xxj Subtile malum est dicere eundem actu esse fruptionem & usum. Contra oc.C.
- xxij Item quod amor dei stet cum dilectione & delectatione creature etiam intensa.
- xxij Diligere deum est se ipsum odire & preter deum nihil nouisse.
- xxij Tenemur velle nostrum omnino conformare diuinæ voluntati. Contra Car.
- xxv Non tamen quod vult nos velle, sed pro rorsus quod B. j.

cunq; deus vult, velle debemus.

In his nihil dicere volumus nec dixisse nos credimus,  
quod non sit catolicæ ecclesiæ & ecclesiasticis doctori-  
bus consentaneum.

Viginti octo conclusiones de lege & fide. D.M.L.

- i Ex dei saluberrimavite doctrina, nō pōt  
hominem ad iusticiam promouere: sed  
magis obest.
- ij Multominus opa hominē naturalis dictaminis au-  
xilio: frequēter (vt dici) iterata possunt promouere
- iiij Opera hominē ut sint sp̄ speciosa, bonaq; videātur  
probabile tamen est ea esse peccata mortalia.
- iiij Opera dei ut semp̄ sint deformia malaq; videātur,  
vere tamē sunt merita immortalia.
- v Nō sic sunt opera hominē mortalia (de bonis ut ap-  
parent loquimur) vt eadem sint & crīmina.
- vj Non sic sunt opera dei merita (de his quē per ho-  
minem fiunt loquimur) vt eadem non sunt p̄fā.
- viij Iustorum opera essent mortalia, nisi p̄ dei timo-  
re ab ipsis met timerentur mortalia.
- viii Multomagis hominē opera sunt mortalia: cū & si-  
ne timore fiant, & in malā securitate.
- ix Dicere qđ opera extra Christum sunt quidē mortua.  
sed nō mortalia, videlicet piculosa tioris dei remissio.
- x Imo difficilimū est intelligere, quonā mō sit op̄  
mortuum nec tñ noxiū, mortale ve peccatum.
- xj Nō potest vitari pr̄sūptio, nec adesse vera spes  
nisi in oī opere timeatur iudicium damnationis.
- xij Tunc vere sunt peccata apud deum venialia, quā  
do timentur ab hominibus esse mortalia.

- xij Liberum arbitrium post peccatum, res est de solo  
titulo, & dū facit quod i se est peccat mortaliter.
- xiiij Liberū arbitriū post peccatum potest in bonū po-  
tentia subiectiuā, in malum vero semp actiuā.
- xv Nec i statu innocentie potuit stare actiuā sed sub  
iectiuā potentia nedum in bonum proficere.
- xvi Hō putās se ad grām velle puenire, faciēdo qđi  
se est, peccatum addit peccato, vt duplo reus fiat.
- xvij Nec sic dicere, est desperandi causam dare.
- xviij Certū est hoīem de se poenit̄ desperare oportē  
re, vt aptus fiat ad consequendā gratiā christi.
- xix Non ille theologus dicitur, qui inuisibilia dei p  
eaquæ facta sunt conspīcit.
- xx Sed qui inuisibilia dei & posteriora per passionē  
& crucem conspecta intelligit.
- xxj Theologus glorię dicit malū bonū, & bonū malū  
Theologus crucis dicit id quod res est.
- xxij Sapientia illa quę inuisibilia dei ex operibus in  
tellecta conspīcit oīno instat, excecat: & indurat.
- xxij Lex dei irā operatur, occidit, reum facit, damnat  
quicquid non est in Christo.
- xxiiij Nō tñ illa sapiētia mala, nec lex fugiēda: sed hō  
sine theologia crucis optimis pessime abutitur.
- xxv Nō ille iustus est qui multum operatur, sed qui  
sine opere multū credit i Christum.
- xxvj Lex dicit, fac hoc & nūq̄ fit. Gratia dicit, crede in  
hunc & iam facta sunt omnia.
- xxvij Recte opus xp̄i dicitur operans, & nostrū opera-  
tū, & sic operatū placere deo, grā operis operatis.
- xxvij amor dei n̄ iuēit, s; creat suū diligibile. amor hōi

B ij.

nis sit a suo diligibili.

**Q**uod iustus inter bene agendum peccet.  
Harum conclusionum declarationes abunde dat  
Doctor iste in expositione epistolæ ad Galatas.  
Tredecim conclusiones, de Christi incarnatione  
& humani generis reparatione. D.M.L.

Conclusio.

- i Vnigenitus dei filius incorporalis, incommutabilis, sibi met consubstantialis, & natura, Patri, & spiritui sancto coeternus.
- ii Calamitates nostras assumens, factus est pro nobis peccatum ut de peccato condemnaret peccatum.
- iii Et nos effecti iusticia, non ex lege imperata, quia ex deo non est, sed dei, quæ per beneficium dei datur & consumat, ut non sunt terribilia, & grauia sed suavia & leuia dei precepta.
- iv Itidem factus est maledictum pro maledictis, tamen si ipse eternaliter sit benedictus. Nec nos antea saluandi aut benedicendi, quod damnati & maledicti.
- v Tanta est erga omnes homines dei bonitas, ut nostra velit esse merita quæ sunt ipsius dona. Et per his quod ipse largitus est, eterna p[re]mia sit datus sua enim dona coronet Deus.
- vi Firmissime credendum nullum hominem accepturum benedictionem æternam, quem (etiam nolentem & contradicentem) non fecerit Deus vas misericordiae bonitate sua gratuita.
- vii Et ante mundi constitutionem, in adoptionem filiorum dei predestinatus a deo, eiusque fuerit vestigia secutus.

- vij. Pr̄ destinatis quoddam diuinum munus & audiendi & intelligendi, quo ad fidem moueātur datur. Reprobis autem non adhibentur per quę cedere possent, obdurata eīm eoꝝ corda reliquunt.
- viij. Iustorum alij dum iusti sunt ex huius vitae periculis, ne malicia mutet intellectū eorū aufferuntur. Alij vero donec a iusticia cadunt, in eisdem periculis vita productiore tenentur  
Paruuli sine sacramento sancti Baptismatis, de hoc seculo trāſēutes, nī si p̄ xpi noīe suo sanguine baptisentur. Eterni ignis sempiterno suppliō eternaliter crucientur.
- ix. Vestigia xp̄i sequiſ q̄ gaudiū in tribulatione existimet, ob id patienter insidias iimicorū suffert. In aduersis nō frangit, sed sperat, in p̄speris nō extollitur, sed timet.
- x. Hō ad imaginē & similitudinē dei vitāq; æternā possidendā creatus. Inuidia dyaboli ornatiss morū spoliat⁹: libero arbitrio vulneratus sol⁹ etiam diuina lege adiutus, ad requirendum medicum, quo sanaretur non suffecit.
- xj. Est aut̄ imago illa terrenoꝝ affectuū labē detrita vicijs deturpata, penalitatīq; obnoxia. Renouat tñ i mēte credentiū p̄ testamētū nouū, qđ scribitur i cordib⁹ fidiliū, vt absq; hō viuere possit.  
nequaquam.
- xii. Penalis illaviciositas ex libertate subsecuta fecit p̄ctn habendū durā necessitatē, donec tota sane infirmitas & accipiaſ tanta libertas, in qua sicut necesse est permaneat beneiuendivoluntas, itaſ it.

etiam bene viuendi & nunque peccandi voluntaria  
foelixque; necessitas.

- xij Illa de d<sup>e</sup> in d<sup>e</sup> sanat per g<sup>ram</sup>, carnē cum concu-  
piscentijs crucifigendo. Hanc consequemur dum  
mortale hoc induerit immortalitatem & corrup-  
tio incorruptionē vt obsoletatur mors i victoria  
& consequatur plena iusticia.

Conclusiones quindecim tractantes, An li-  
bri Philosophorū sint viles, aut inutiles ad theo-  
logiam. D.M.L.

- j Sacra theologia, & si est doctrina diuinitus inspi-  
rata, nō tamen abhorret līris & vocibus tradi.  
ij Inter oēs sciētias hūanitus inuentas, p̄cipue est  
ad propagandā theologiā vtilis grammatica.  
iij Nō ideo in arist. & in eius philoso. studendū est  
quia terminis eis dē qñique sc̄ti doctores vtuntur.  
iiij Aut eadē seqñia studēdū i marcolpho vel i taber-  
nis rusticorum.  
v Immo seqrētū in oībus ( .i . nullis ) sermōibus  
esset studendū, quia oī maliquibus vtuntur verbis.  
vi Hui<sup>us</sup> ergo cōsequētiꝝ magis nō tā ignorat vocē  
ppriā cū asina Balaāqus; cum asino cumano rudit.  
vii Eto ēm eiusmōi sophistā patet, frustratps i ari.  
perdīdisse, & tanto tantā inscitiam emisse.  
viii Si quis terminos logi. & philosophiæ in theolo-  
giā ducat (necessitate) vt horredū cahos errore dat  
ix Philosophia de motu infinito principijs rerum  
iuxta aristotelē nihil pdest ad theologiam.  
x Permittit poti<sup>us</sup> p exercendis & aptandis inge-  
nijs ad humanam conuersationem.

- xj Philosophia de naturis & proprietatibus rerum  
sophistis ignotissimā vtilis est eis acrā theologiā
- xij Qui dicit sanctos patres per dialecticam cū laude hæreticos confutasse vel declarasse.
- xij Is nihil aliud facit q̄ q̄. s. p̄. resūma ignominia cōficit nec sevniq̄ aliquē doctorē itellexisse ostēdit
- xiiij Quis cōtōs dei colit ppter tēporalia neglecta pri⁹ petēda salute spū s cōtra doctrinā xp̄i facit.
- xv Et q̄ hāc doctrinā calumniatur, nō tam est insulsus sophista, q̄ impius si persistet hæreticus.  
Conclusiones. ix. de fide & circūcisioe. D.M.L.
- j Circūcisionē valuisse in remiss. p̄cti orig. ppter istitutionē dei & fidē abra, i xp̄m libēter cōcedi.
- ij Circūcisio sine fide vel p̄pria vel aliena, adeo(m⁹) nō pfuit nec abrahē p̄cipi ei⁹ sñ fide pfuis.
- iij Rectius p̄ fidē circūcisio (sicut & oīa) pfuisse (set dī, nō autē fides p̄ circūcisionē, aut vllū aliud opus
- iiij Consectaneū est, feminas in lege sine circūcisio ne p̄ fidē abrahæ circūcisi fuisse iustificatas
- v Et paruulos eiusdem pacti fide aliena, non autē propria circuncisione fuisse iustificatos.
- vj Nō ergo circūcisio aliqd valuit, sed cōmunicatio fidei abrahæ in xp̄m sibi p̄missum iustificauit
- vij Circūcisio fuit signū seu monitoriū, qđ accipiēs ad fidē abrahæ in xp̄m futurę spūs cōtō exercebas.
- vij Idem signum erat ante legem patribus, siue in oblationibus, siue orationibus.
- ix Non ergo in tute sacrificiorum (vt Magister ait) quam intelligebant spiritualiter sunt iustificati, nisi intelligētiā istā dicās fuisse fidem xp̄i futuri

Quæstio theologicæ cum se ptem conclusionibus,  
de naturali potentia voluntatis hominis. D.M.L.

Vtrum voluntas hominis ex naturalibus suis pos-  
sit ita diligere bonum maius & maximum. Sicut  
pot minus & min. Cōclusio est negatiua Coroll.

i Voluntas non potest se conformare dictamini re-  
cte rationis naturaliter.

ij Ratio naturalis nec rectum habet dictamen.

iiij Non est mirum, quod voluntas potest diligere  
creaturam & non creatorem.

iiiij Mirum est quoties diligit creatorē & nō creaturā.

v Dicere quod opus bonum sine gratia non sit pec-  
catum est duplex peccatum.

vi Nec Christus ut non meruit ut esset filius dei &  
mediator hominum.

vij Nec virgo Maria meruit ut portaret filium dei.  
Decem & nouem conclusiones de fide necessaria in  
sacramentorum perceptione. D.M.L.

i Accessuro ad sacramētum, omnino necessaria est  
fides infusa.

ij Fides acquisita sine infusa, nihil est infusa sine ac-  
quisita est omnia.

iiiij Dicere fidem infusam non operari sine acquisita  
blasphemia est.

iiij Fides acquisita sine infusa non operatur nisi malū

v Auditu horrendum est, quod D.S. non necessa-  
rium esse bonum motum cordis astruunt.

vi Si velle occidere & similia, est obīcē ponere, mul-  
to magis non credere.

vij Homo extra fidem positus, necessario & semper

- viiiij habet obicem gratiæ.
- Qui vel tollendi vel non ponendi obicis homini dant potestatem, obicem suum non intelligunt.
- ix Fides acquisita, non modo non custodit, sed etiā euomit verbum dei semper.
- x Fides acquisita est penna Strutionis, sed infusa est spiritus vitæ.
- xij Etiam sola fides infusa, satis est ad iustificationem impij.
- xijj Imo, nisi solasit sine ullis operibus nihil est, neq; iustificat.
- xvij Opera sequuntur iustificationem fidei infallibiliter, cum non sit oīosa.
- xvijj Recte ergo dictum, fides sine operibus est mortua, immo non est fides.
- xv Fides infusa, tam actu & obiecto, q̄ habitu & fine differt a fide acquisita.
- xvj Nullum sacramentorum septem, in sacris literis nomine sacramenti censetur.
- xvi Vnum solum habent sacræ literæ sacramentum quod est ipse Christus dominus.
- xvijj Sacmenta noui testamenti promittunt oībus, dant vero solum credentibus gratiam.
- xix Recte dictum est, sacramenta veteris testamenti nō iustificasse, etiā si in fide & charitate fieret.

Centum quinquaginta vnum conclusiones de natura, lege & gratia: contra scholasticos & usum communem. D.A. Carolostadij.

C j.

- i Dicta sanctorum patrum non sunt neganda.  
ii Nisi essent correcta vel retracta.  
iii Si fuerint diuersa non secundum nudum placitum sunt eligenda. Contra mul.  
iv Sed ea quædiuinis testimonijs magis vel ratione suuantur.  
v Inter suffulta testimonijs preferuntur que euidentioribus nituntur authoritatibus.  
vi Si varietas inter dicta vnius doctoris absq; concordia reperitur, posteriori standum est.  
vii Sententia b. Aug. in moralibus nulli cedit.  
Contra can.  
viii Homo exterior aut profectu aut defectu interioris hominis corrumpitur.  
ix Homo exterior potest fieri templum dei.  
x Homo interior exteriorem respicit, & in sui comparatione foedum videt.  
xi Homo interior in ipso anima consistit.  
xii Causa exercendi ingenij sustinebitur quod homo interior est exterior, sed non contra.  
xiii Per sacramentum regenerationis soluitur reatus, sed minet lex peccati.  
xiv Speciale est in peccato hereditario quod reatu soluto concupiscentia manet.  
xv Per idem sacramentum fit plena remissio peccatorum.  
xvi Manet tamen peccatum in membris tanquam superatum & peremptum.  
xvii Item mortuum, sed nondum sepultum & adhuc sepeliendum.  
xviii Et donec sepelietur trahit ad mala & peccata.

- xix Et reuiuissit per illícitas cōcensiones & in regnū propriū, dominationēq; reuocatur.
- xx Sicut dum quis delectatur in bono opere quasi pfecto superbia erigit caput dices, ego viuo & ideo viuo quia tu trīumphas.
- i Voluntas nō libertate cōsequit̄ grām, sed ecōtra Contra communem.
- ij Ut bene velimus solius dei est Cōtra cōem.
- ij Et quod volumus, vt faciamus bene, est dei.
- iiij Nulla bona merita precedunt gratiam. Contra communem.
- v Immo scriptura docet nedum mala merita, sed & scelera precessisse iustificationem.
- vi Fecimus mala & venerunt bona
- vii Deus est qui pulsat liberum arbitrium.
- viii Qui operatur in cordibus hominū que voluerit.
- ix Qui voluntas hominū quo cunq; voluerit inclinat.
- x Qui aufert cor lapideum, & dat carneum
- xj Qui vtitur cordibus malorum ad laudē bonorū.
- xij Velle & nolle sic est in volentis potestate, vt dei voluntatē nō impeditat. Contra communē
- xiij Deus magis habet in potestate voluntatis hominū, q; ipsi suas.
- xiiij Homo autem gratiam potest facere actum non legítimum.
- xv Nō pōt renouari absq; intercessiōe mediatoris.
- xvj Deus non pretendit iusticiam suam hominib<sup>9</sup>, quia recti sunt corde, sed vt recti sint corde.
- xvij Sine deo operante vt velimus & cooperāte cū volūmus, vt faciam⁹ ad bona operanihil valemus.

C ij.

Contra Scholaſticos.

- xvij Gratia facit ut inuocetur deus. Contra cōem  
xix In nullo bono opere nos incipimus Cōtra cādē.  
xx Hæreticum est confirmare q̄ deus in bonis suis  
sit posterior, & nos priores.  
j Non debemus nobis caput ad bñ faciendū facere  
ij Nemo confugit ad Dominum nisi viam eius vo  
let. Contra communem  
ij Desiderare auxiliū graciæ est initū gratiæ.  
Contra omnes quas i ſcholaſticos  
iiij Iuſtificatus, niſi diuinitus adiuuetur recte viue  
re non potest.  
v In bono faciendo liber esse nullus potest, niſi li  
beratus fuerit per Christum.  
vj Dispoſitiones de congruo ex pte hois magis ſūt  
ridendæ q̄ ponendæ Contra oēs quas i ſchola.  
vij Possunt aut ex parte dei aliquo modo ponī.  
vij Ois cauſa de cōgruo ſi eſt cauſa liſt cauſa  
ix Merita mortificata non ſunt dispoſitiones ad iu  
ſtificationem Contra Scholaſt. Gab.  
x Peccatores non ſunt monendi ad faciendum bo  
na opera in genere. Cō, quas i oēs Scolasti.  
xj Nec opera vt dispoſitiones de congruo ad gratiā  
Contra eosdem. mirabile ſed verum  
xij Sed ad opera proprie bona. Contra eosdem  
xij Bonitas meritoria (vt aiunt) non preſuponit mo  
ralem bonitatem.  
xij Confirmare q̄ peccator qui mortaliter peccauit  
debet facere bona opera ex genere vt facilius ſane  
tur, eſt peruertere ſcripturas. Contra eos.

- xv Blandiri lib. arbi. & ipsum precipitare.
- xvi Generosus deus adiuuat, aduersos deferit.
- xvii Sed ut cōuertamur deus adiuuat Cō.sch.th.
- xviii Ad iusticiam nemo conuertitur nisi operāte grātia sanetur,
- xix Nec ideo solis votis agendum est, quia adiutor noster d e u s e s t.
- xx Corruit hoc q Augustinus contra hæreticos loquitur excessiue Contra modernos
- j Aliud est nihil malū facere, aliud facere bonum.
- ij Qui nec q d boni, nec malū fecerūt cōdēnantur.
- ijj Cuius illi serui ignoro.
- ijij In malo faciendo tam iusticæ q peccati, seruus liber est.
- v Precepta dei inaniter darentur hominibus, si libe rum voluntatis arbitrium non haberent.
- vj Præceptis diuinis admonet urliberum arbitrium vt gratiam quærat.
- vij Lex incutit nobis dolorem quem non sanat, sed admonet vt medicum queramus.
- vijj Lex demonstrat vicia.
- ix Lex ostendit nobis nostram infirmitatem.
- x Ut supplicemus reformatori, ne in illa remaneamus fœditate.
- xj Ut sentientes aculeum correptionis excitemur i maiorem affectum orationis.
- xij Strepitus correptionis forinsecus per mandata insonat & flagellat.
- xiji Deus autem intresecus occulta inspiratione ope ratur velle.

C i j .

- xiiij Sicut cognitio gentium que deum cognitum non  
sicut deum glorificauerunt non perfuit eis ad salutem.
- xv Nec a bona opera.
- xvi Ita non iustificat eos quae per legem dei cognoscunt quemadmodum sit viuendum.
- xvii Ita cognitio legis & voluntas ei se conformans non est dispositio previa ad gratiam Contra scotum
- xviii Ita nec attritio perfectissime circumstantionata in genere morum est dispositio sufficiens ad iustificationem. Contra eundem.
- xix Si contritio vel attritio requiritur ad iustificationem tunc actus concomitans non preuius multos
- xx Ut actus formatus non formabilis.
- j Peccator sine omni dispositione sufficienti de congruo ex parte eius iustificatur. Cō. quasi omnes
- ij Facile tamen est quod apud deum non est acceptio personarum
- iiij Iustificatio factores legis precedit, non sequitur
- iiij Lex sine gratia est litera occidens, in gratia spiritus viuificantis.
- v Gratia facit nos legis dilectores & factores.
- vj Condelectari legi dei est donum spiritus, non literæ
- vij Lex sine gratia facit prevaricatores.
- vij Non iustificatur homo preceptis bonae vitæ
- ix Non lege operum, nec litera, nec factioꝝ meritis
- x Sed per Iesu Christi, spū, lege fidei & gratia
- xij Homo sine gratia nulla præcepta legis potest implere, etiam imperfecte Contra communē
- xij Implere imperfecte non est implere quantum ad substantiam operis. Cō. cap.

- xijj Implere perfecte non est implere quātum ad sub  
stantiam operis & modum agendi qui est ex cha-  
ritate. Contra cap.
- xijj Modus agendi non est separatus a substātia ope-  
ris Contra eundem
- xv Obligatus ad faciendum ex charitate non peccat  
mortaliter si non ex omni parte implet.
- Contra Scotum.
- xvj Peccat aut si nulla ex parte implet. Contra eū.
- xvij Observatio precepti sine charitate seu gratia, ne-  
dum est inutulis advitā eternā sed occidens.
- Contra Capreolum
- xvij Per auxilium seu adiutorium speciale nullū pre-  
ceptum in aliqua parte potest impleri. Cō. eundē
- xix Supposito q̄ non pertinet ad gratiam iustifican-  
tem. secundem eundem.
- xx Auxilium dei preuenientis non est distinctum  
a dono iustificante. Contra eundem
- j Decalogus excepta sabbati obseruatione a chri-  
stiano est obseruandus.
- Ad litteram tamen obseruatus auget concupis-  
ciam ac iniuriam & facit supramodum pecca-  
res.
- ij Præceptum maximum de diligendo deum & p-  
ximum, secundum literam occidit non vivificat.
- iij Omnis Lex atramento scripta, est Ministratio  
mortis & damnationis Contra San-
- ctum Thomam.
- iiij Scripta autem dígito Dei est ministratio liberta-  
tis spiritus & gratiæ.

- v Lex fidei in tabulis cordis carnalibus scripta est,  
ipsa charitas diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum
- vi Opera charitatis in chartis scripta lex est operum  
& litera occidens.
- vii Eadem gratia in veteri testamento latitabat que  
in christi euangelio dispensata est.
- viii Lex vetus talia continebat precepta iustitiae qua-  
lia nunc quoque obseruare praecepimus.
- ix Indigemus deo doctore & adiutore, ne dominetur  
in nobis omnis iniiquitas.
- x Voluntati dei nemo resistit.
- xi Deus ex misericordia quibusdam donat poenam peccati a  
quibusdam iuste exigit poenam.
- xii Prescientia dei est immutabilis.
- xiii Figmentum nihil potest opponere suo figulo
- xiv Vacatio est principium bonorum operum.
- xv Vocati atque illuminati mandata dei cognoscentes  
vel libero eligunt vel relinquunt arbitrio.
- xvi Non omnes vocantur, nec omnes vocati sequun-  
tur vocantem.
- xvii Auxilium gratiae etiam specialis motionis (ut  
aiunt quidam) multis deest, Contra Capolū.  
xviii Solum illis non deest quibus deesse noluerit deus.
- xix Perseuerantia in dilectione dei pertinet ad graziam dei.
- xx Et ideo oratio Christi pro Petro non erat inanis  
ne sua fides deficeret.
- i Filii perditionum licet incipiunt aliquando bene  
vivere, ac iuste ambulare de hac vita non au-

feruntur nisi ceciderint.

- iij Attamen tales perspeculatores sunt corripiendi.  
iiij Electi secundum propositum interdum labuntur  
iiiij Tenetur velle suam damnationem cui est revelata  
v Ista authoritas Deus vult omnes homines salvos  
fieri minus bene exponitur de voluntate antecedente. Contra Sto. Theo.  
vj Putamus nec in Deo, nec in homine antecedentem voluntatem esse. Contra eosdem.  
vij Dona naturalia & leges recte non sunt de voluntate antecedente. Contra Sto. & alios.  
vij Nec illa adiutoria communia quae ponuntur  
ix Ad predictam authoritatem ( antiquus licet non multum frequentatus / attamen verus dabitur intellectus.) Aduerte.  
x Cōclusiū cuius miseretur & quem vult indurat.  
xi Deus vocatis oē studium ad spiritualia exercitia cōferētibus & vincentibus coronas largit eternas  
xij Vita eterna non debetur iusto operante cum gratia de condigno. Contra Cap.  
xij Vita eterna est gratia data pro gratia ex misericordia & miseratione.  
xij Non est iustus in terra qui careat peccato in carne  
xv Non est iustus in terra qui non habeat peccatum in spiritu.  
xvi Non est iustus in terra qui per iustum actum quo benefacit non peccet.  
xvij Per hoc tamen peccatum deus non vult iustos esse damnabiles sed humiles.  
xvij Iustus ergo simul est bonus & malus: filius dei &

Dj

filius seculi.

- xix Exceptis Christo & eius matre, non fuit, nec est,  
nec erit iustus in terra sine peccato.
- xx Non potest iniustus habere actum deo adeo placē  
tem, quātum displicuit veniale. Cōtra Gabriele.  
j Deus non precepit homini impossibile.
- ij Lex dei imperat multa impossibilia homini.
- ij Doctrina Aristotelis in Scholis theologorum fa  
cīt malam mixturam.
- iiij Syllogismus ex methaphysicali & credita mixt⁹  
in serēs pro credita non concludit pro debiliōri p  
missa. Contra Sco.
- v Habere peccatum in corpore non est peccatum.
- vj Illud peccatum concipit partus, & parit peccata.
- vij Propter quos partus dīcim⁹, dīmitte nobis debita
- vij Q uod nequeunt nisi filij Dei dicere.
- ix Peccatum veniale proprie est peccatum.
- x Nec contemnendum, sed timendum.
- Vltima Fecunda veritatis authoritatis sepius dis  
cussamelius cognoscitur: & veram conuenientiā  
parit, quam manifestis sermonibus abs condit.
- Triginta tres conclusiones: de tribulatio  
nis & prēdestinationis Materia. D. A. C.
- j Caro tribulationis afflictio spūi nihil prodest.
- ij Afflictione, velut certo & euidenti testimonio,  
cognoscimus an quis pius sit filius dei.
- ij Angustia spiritus, est multo certior index græ  
diuinæ fidei; q̄ externa bona opera quātū cūq; sā  
cta q vulg⁹ theolog⁹ opera fidei existimat.
- iiij Baptisati spiritu & aqua tribulationis: vere sunt

baptisati.

Verbum Christi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, vber timet & plene debet intellegi, ut non solum elementare aquam sed etiam allergoriam hoc est tribulationem quam multae scripturae aquam vocant, accipias.

vij Tribulatio spiritualis, sacramentum est.

vii Sancti afflictionibus attenuati, licet interim se alienatos a dei gratia putent, dicantq; Non tamen sunt omnino a deo derelicti, sed dominus est cum eis Dolor & sensus alienati a sanctis dei, aut abscessi spiritus a deo consistit in magnificationis diuinæ carentia inq; defectu sacrificij, laudis, gaudijsq; matutini, in conscientia infirmitatis, & peccatorum recordatione.

ix Utile & necessarium est predestinationem scire.

x Primo, quia in predestinationis abfiso moriuntur opera, & fides suspirat.

xj Secundo: nobilissima abnegationis nostri virtus nascitur.

xij Tertio Quod iudicij friuoli & temerarij, quo non nulli temere pronuntiant, hunc esse filium promissionis, illum vero predictionis, extunditur acumen

xiii Quarto predestinationis per pensatio, correptores placat & mitigat, facitq; eos tranquille & placide abiectos reducere, confractos alligare, infirmos consolidare & fortis custodire.

xiiij Quinto: Predestinationis notio, in diuinæ voluntatis profunditatem ducit, atq; in ea rebellem hominem voluntatem absorbet.

D.ij.

- xv Hoies p̄destinationis scientia formati, quę bona  
in diuinis oculis sunt, repugnante carne volunta  
rio spiritu subeunt, etiam si amata sunt in huma  
no conspectu.
- xvi Augustinus hāc autoritatem Ioā .vi . Omne qđ  
dedit mihi pater non perdam ex eo: pro certitu  
dine p̄destinatōrum p̄manentium, forte & pe  
tulanter traxit, quanq̄ aliae sunt authoritates au  
gustinianum sensum roborantes.
- xvii Nisi circūstātia scripturaḡ afferatur Augustin⁹
- xviii Deus ob futura opera non p̄destinat.
- xix Si Ecclesia sciret vasa perditionis, in contumeliā  
facta non oraret pro eis.
- xx Orationes iustorum tantum p̄destinati sunt  
salubres ad vitam eternam.
- xxi Animæ fidelium defunctorum sunt in p̄desti  
natōrum Ecclesia.
- xxii Prelati, pastores ouium, ad scripturarum interpre  
tationem publicis officijs astringuntur.
- xxiii Omnes queq; patres familias ad p̄dicandum fa  
miliarib⁹ suis dēi verbum. sunt obnoxij, priuato  
tamen officio.
- xxiv Melius ē orare vñ psalmū mēte & cū intellectu  
q̄ centū in spū & plausu vocis absq; intelligētia.
- xxv Melius ergo vacare intellectui sacrarum literaḡ  
q̄ in ecclesia cantare, & longos nocturnos, dentiū  
stridore, & sibilo labiorum legere.
- xxvi Rectius ergo illi regnum dei querunt, qui verbū  
dei primo diligenti lectione scrutantur, q̄ illi qui  
mane orationes legunt & nihil intelligunt

- xxvij** Reipublicæ Christianæ interest consecrationis  
verba in missa a circūstantib⁹ audiri atq; intelligi.
- xxvij** Vtile foret si missarum verba vbiq; locorum ma-  
terna lingua canerent scilicet apud vngaros vnga-  
rice, apud Alemanos alemanice, apud Polonos po-  
lonice. &c. & oia clara & sonora voce legerentur.
- xxix** Deus peccata, quæ pene sunt precedentium pec-  
catorum, non solum permisive & patienter, sed  
etiam authoritatue & potenter facit.
- xxx** Stultum est quempiam dubitare de fide sua
- xxxj** Opera infidelium sunt peccata.
- xxxij** Sunt qui dicunt indulgentias nō prodefesse. Nos  
autem miramur cur id dicere audeat, qñ sonitus  
cāpanarū (quib⁹ ad ecclesiā vocatur populus p̄sit)
- xxxiij** Nisi quod in altero minus substitiōis offēditur  
Conclusiones decem & sex de diuinæ gra-  
tiæ comparatione. D. Martini Lutheri.
- j** An homo interior in vetustate ex parte perma-  
nens possit exterior censerī.
- ij** Exterior, an homo interioris hominis similitu-  
dinem habeat.
- ijj** Exterior an aliquo pacto interior fieri possit
- iiij** An interior absq; exteriori valeat finaliter saluari.
- i** Conclusio. Est impossibile q̄ homo absq; gratia  
iustificante cogitet bonum.
- ij** Auctoritas pauli non quod volo bonum facio pro-  
cedit de eo qui spiritalis est.
- iiij** Bonum de quo theologus loquitur, est bonū dei  
non hominis.
- iiijj** Non multum ab heresi sapientiū afferētes mediū  
D. iiij.

- quoddam esse inter naturalia & iustificatiā bona  
quibus aliqui tamen boni theologicē dicuntur.
- j Mecū in scriptura ex psona dei platū fere deivit  
tutem instrumentalem nostram actionē atq; in-  
firmitatem donat.
- ij Itaq; deum efficere, agere, pellere nos autem obe-  
dire, agi, impelli.
- ijj Mecū ex psona hoiem elatū, accessorie copulat,  
sed aliquid diuersi⁹ acōi hoim loquēdī assuetu
- ijj Quanq; apud Paulū. i. Cor. xv. greca hēc (dine  
.i. q; mecum scilicet grā operatur nihil iauent theo-  
logos paruoꝝ logicaliū, sed optime sensum Apli  
emēdatū reddat tñ exemplaria illa quę habentī  
.i. quæ in vel ad me profecta est, scilicet operatur  
ad genuinam Pauli voluntatem proprius accedūt.
- j Gratia habitualis (nisi ostendatur textus catho-  
licus) plane figmentum est.
- ij Plures. n. scripturę connittuntur demōstrare gra-  
tiam esse diuinum fauorem, q; & ipse deus est.
- ijj Neq; tamen inficias ibimus aspiciēte terram deo  
effluere inde operationum flumen.
- ijj Tāetsi scripturas aliquot legimus, fidē quasi p-  
pagatricem operum pingentes deum tamen esse  
vnum authorem defendi potest.
- Decem & octo conclusiones de fidei & sa-  
cramentorum iustificatione. D.P. Melanthonis
- j Iustificationis principium est per fidem.
- ij Fidei charitas opus est.
- ijj Ficticiū est de formata & informi fide discrīmen
- ijj Nā informis fides, q; vocat, nō ē fides s; fallax opinio

- v Necesario enim fidem charitas sequitur.  
vj Dei operasunt, non naturæ fides & charitas.  
vij Siquidem sabbatū & absolutalibertasx p̄ianismus est  
vij Cōsequit̄ nō esse penitētiæ ptem satisfactionē  
ix Cōsequit̄ itē nullū eē i xp̄ianissimo externū sa  
x Ergo missa non est sacrificium. (sacrificium.  
xj Neceiusmodi opus est missa, cuius fructus in al-  
terum vulgari possit.  
xj Perinde atq; baptis̄mus non prodest nisi ei qui la-  
uatur, nec missa prodest nisi vescenti.  
xij Sicut enim baptis̄mus, ita & missa sacramētale si-  
gnum est quo dñs testatur remissionem peccato-  
rum donatam esse.  
xlij Quia summa iustificationis nostrę fides est nul-  
lum opus meritorium dīci potest.  
xv Adeoq; oīa hominum opera sunt vere peccata.  
xvj Siquidem pariter omnibus christianis claves da-  
tę sunt, nō pōt petri primat⁹ iure diuino adseri.  
xvij Quam finxit Aristoteles beatitudinis formam  
eañ non modo cum Christiana doctrina, sed ne cū  
communi quidem hominum sensu conuenit.  
xvij Satius ergo erat beatitudinis & similium locorū  
rōnem e sacris literis, adeoq; e fontibus petere,  
quam indoctis gnauiissimi Sophistæ nugis  
Conclusiones duodecim de Legis non fur-  
tum facies, impletione & testamentorum lega-  
tione altarium, & missarum fundatione. Legis  
hui⁹, nō facies furtū, ipletio literalis nihil p̄ter discipu-  
la quandā ē, q̄ iustos nō corā deo s̄z corā hoībus facit.  
Multi sunt fures, qui tamen nihil alieni vnq̄ do-

- m̄no inuitō abstulerunt.
- iiij Lex ista sicut & alie diuīe / ipossible nobis p̄cipit
- iiiij Quæ lex / & si negatiua esse censeatur, non tamē  
impletur absq; illa affirmatiua, scilicet Que cūq;  
vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis.
- v Quam regulā, si quis in diuitiarum seu tēpora-  
lium dispensatione seruauerit ob villicationem  
apud dominum suum haud diffamabitur.
- vj Hanc regulā an imitetur q; fratri nō nisi in extre-  
ma necessitate succurrēdū fore cēsent, i p̄ivideat
- vjj Necesse illud sc̄tissimi ioānis, nō aliūde, p̄ter q;  
ex dicto illo xp̄i, quæ cūq; vultis &c. est metiēdū.
- vijj Hanc regulam timendum eos non seruare qui ne-  
glectis sanctis viuis egentibus, tandem morituri  
nescio quas memorias aut quæ altaria, & cetera  
id genus a deo minime p̄cepta, sua (vt aiunt) vi-  
tima voluntate fundare volunt.
- ix Si melius esset t̄palia hic parta labore ac sudore  
aut quoquis modo alio cumulata, distribuere seu  
relinq̄re testamēto, etiā ad piās causas quā invita-  
egētibus disp̄ensare, diuo Aug. non deberet dari  
laudi q; testamentum nullum fecerit &c.
- x Videbūt & isti quo pacto sibi amicos de iniquita-  
tis māmona fecerint, qui tot ecclesiastica possede-  
runt beneficia, vnde quinq; octo, decē vel pluri-  
bus, qui als egere coacti sunt, puideri potuissent
- xj Nec isti amicos sibi de māmona i iqtatis facere revi-  
derē qbus alea plus pdit, q; i pauperes disp̄setur.
- xij Ois ludus, ex cupiditate ortum habens, est cōtra  
charitatem. Iactemus cogitatū n̄m super dñm,  
& ipse nos enutriet Christus in eternum regnat

De promulgatione legis & eius causa Conclusiones decem.

- i Pater coeli & terrae dimisit filium in carnem.  
ij Quem ut nobis commendaret voluit nostram nobis infirmitatem oculos ponere.  
iii Ideoq; data est lex.  
iiij Quae peccatum non tollit, sed auget  
v Ut abundante iniustitate, abundaret & gratia  
vi Lex omnes homines peccati reos facit, dominatur ut tyrannus.  
vii Hoc dominium & hunc reatum tollit Christus citra nostra merita,  
viii Iustitia itaq; nostra est gratuita dei, beneficentia qua condat peccatum propter nomen suum.  
ix Proinde spiritus nihil plane est hominis, sed difusa in cordibus nostris per Iesum Christum charitas.  
x Caro vero quicquid est extra spiritum, quo cuncte censeatur nomine.

De perfectione Christianae vitae & operibus supererogationis. Conclusiones octo

- i Summa perfectio Christianae vitae quam maior esse non potest mandata dei obseruare.  
ii Consilia sunt media & viæ quibus ad obseruantia preceptorum peruenitur.  
iii False itaq; docent & impie qui dicunt consilia esse opera supererogationis,  
iiij Cum nulla talia opera sunt nec esse possunt.  
v Eo q; obseruatio preceptorum & necessariorum ad salutem naturae sit impossibilis.  
vi Ut deum diligere super omnianaturae est simpli

citer impossibile.

- vij Tímor enim seruilis in iusto semper manet licet quotidie ut exterior homo diminuatur.
- viij Iste timor non est timor domini qui est initium sapientiae, sed timor naturae.
- i De peccatorum remissione. Conclu. tres.
- i Inpeccatorum remissionem ministerium suum exhibent homines non ius alicuius potestatis exercent
- ij Non quia non potest per seipsum dominus omnia facere. Sed ut discamus extra societatis Christianae consortium salutem prodesse non posse.
- ij Non potest alius intra Ecclesiam catholicam recte credens, beneque viuens alieno vnoq; maculari peccato. Si cuiq; peccantibus nec consensionem prebeat nec fauorem.
- Quæstio theologica cum quatuor conclusionibus de sacramentis nouæ legis.
- Vtrum Sūmus verusq; magister: qui omniaverbo mundare potuit. Cōgrue leprosos ad sacerdotes ut sese eis ostenderet miserit.
- Conclusio
- j Christus non incongrue ad legales sacerdotes leprosos mundandos misit.
- ij Qui sacramentano. Ie. (quibus nullam super naturalem virtutem indidit) salubriter instituit
- Corollarium.
- ij Sicut igitur in realibus, diuersis insignijs, diuersa inuestiuntur personarum officia.
- iiij Ita quoq; gratiarum diuisiones alijs & alijs sunt

collate sacramentis non vt gratiam efficientia/sed  
tantum dei affiſtentia.

M. I. D Viltkercheū.

De diuini nominis imploratione.

Clauiger coeli sanctus Petrus ad Christū sal-  
uatorem nostrum dixerit recte.

Vtrū Per totam noctem laborauimus & nihil cœpi-  
mus:sed in nomine tuo laxabo rete.

Conclusio.

Quicunq; sua invita multum cupit fructificare  
Omnia sua opera in dulcissimo nomine Iesude/  
bet inchoare.

Corollarium

Opera ista nunq; bonum sortiuntur exitum

Quæ sine diuini nominis imploratione acce-  
runt initium.

G. E. D. S.

1862B11